

**Epicedia In obitum vere placidum ac beatum Viri ... Dn. Ernesti Cothmanni,  
Reverendissimi ... Dn. Johannis Alberti, Coadiutoris Episcopatus Ratzeburgensis  
... Qui Pie Ex Hoc Tristi Malorum contubernio ad coelesten omnium beatorum  
societatem 13. Aprilis 2. matutina Anno Christi MDCXXIV transivit Ad testamen  
umpatheias certissimum Conscripta Ab Agnato, Cognato, popularibus & amicis**

Rostochii: Pedanus, 1624

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn746959559>

Druck    Freier  Zugang





Kl. 241. (2.) <SON>



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn746959559/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746959559/phys_0003)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rostdok/ppn746959559/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn746959559/phys_0004)

DFG

EPICEDIA  
In obitum verè placidum ac beatum  
VIRI  
*Magnifici, Amplissimi, Consultissimi*  
**D N. ERNESTI**  
**COTHMANNI**

Reverendissimi, Illustrissimi ac Celsissimi  
Principis ac Domini, Dn. JOHANNIS ALBERTI,  
Coadjutoris Episcopatus Ratzeburgensis, Ducis Megapo-  
litani &c. CANCELLARII vigilantissimi, dignissimi,  
Gloriosus, quos Germania hac aetate videt, celeberrimi,  
& ANTECESSORIS in Academia Rho-  
dopolitana primarij.

Qui PIE EX HOC TRISTI MALORUM  
contubernio ad caelestem omnium beatorum societatem  
13. Aprilis 2. matutina Anno Christi  
ols Igo XXIV. transiit

Ad testamen*oμηθεας* certissimum


CONSCRIPTA

AB

Agnato, Cognato, popularibus  
& amicis.

ROSTOCHII

Type exscriptis JOACHIMVS PEDANT,  
Acad. Typog.



U m meditaretur **COTHMANNI** funera  
Clejo,

Aliūs in laudes ire parata *Viri*  
Excusā manib⁹ stabulā, par landibus  
eius

Sola futura Themis, desine, Phœbus ait.

Uttamen exequias decoremus, sufficit, illi

Distichon exiguis tale dedisse metris:

**COTHMANNUS** moritur, tuus, ô Themis  
alma, Sacerdos,

Qui yetuit Leges, juraq; sancta mori.

*honoris ergo L. M. Q.  
exediatæ*

**M. PANCRATIUS AMSELIUS**

Rostoch. P. L. Cæs. Cantor.

Jacobæus.



**M**I Deus irarum clementer pellito fluctus,  
Nec sicut immanem meritus sum, infligit poenam  
Hos dudum quibus ortus eram genitoribus Eheu!  
Præmisi, dederas alios, supplere parentum  
Partes qui possent, affectu animoq; subibant.

Pho-

Phosphorus hos inter stellis ceu promicat ortus  
Hic erat *Ernestus Cothman*, qui sanguine junctus,  
Si pervixisset lucem in traxisset apertam,  
Gesserit insomnem, quantam pro sanguine curam.  
Sed cadit! incurrens non evitabile fatum.  
Tu pater, orborum curam qui suscipebis, ergo  
Suscipias rogito, genitus de pectore ductos,  
Clarum, jam luget sublatum morte, Rosetum  
Sublitius alium, proceres reliquosq; Lycæi  
Serves, tum toto solvemus pectore laudes.

*Mæstus Agnato suo dilectissimo beneficio, de se merito,  
ac promotori, dum vivebat, susciciendo*

*F. JOHANNES COTHMAN  
SS. Theol. Stud.*

---

**H**actenus in roseo quis nos vixisse negabit  
Horto? sed paucas jam tenet ille rosas.  
Bruma gelu candens, ah, discessura peremit  
SACRAM, JURIDICAM sacerdos Aprilis habet;  
Nobis quid linques Mors si sic ordine perges?  
Non Tu a pro Majo Medice tuta stabit:  
Atq; magis terror, quam spes permagna manebit  
Philosophis nostris: Vertat Jova bonus.

Summae condolentia ergo faciebam

JOHAN. Godfrid. Grimm  
Sulz. Westfalus.

---

**T**undite Pierides, castissima turba sorores  
Pectora cum lachrimis flebilibusq; modis:

A 2

Tuq;

Tuq; age lugubres Academia solve capillos;  
Quæ moveat luctus, est pia causa, tuos.  
Conditur seu velutrum columen, cui persimile ætas.  
Nulla aliquando tulit, nulla aliquando feret.  
Nomine COTHMANNUS toti notissimus orbis  
Religione sua, dexteritate sua.  
Antistes Themidos, lumen venerabile legum,  
Clara lucerna fôri, musici Apolo chori:  
Istum inquam à Nobis, dolor, & dolor! invida Fatù  
Vis in commanem cogitare locum.  
Vivere quo poteras vivente simul, simul illo  
Vixisti, postquam hoc vivere deseruit.  
O Fatum infelix, & non jam sidera, non jam  
Aut cœlum, aut si quid cœlum esse potest!  
In gradiis, quæ sava diem, lucemq; retraxit,  
Magnorum ut cederes luxq; decusq; Ducum  
Ast madidis lachrimis sinem statuamus oportet,  
Ut decet in cunctis rebus adesse modum.  
Ergo perpetuum lachrimarum hoc esto mearum  
Prosequor ex tristi funera mente quibus.  
**HIC SITUS EST QUI NEC VIXIT, NEC MORTUUS OLIM EST,**  
**NAM MORS VIVA ILLI MORTUA**  
**VITA FUIT.**

*Inter geminos & lacrymas affiti suo honorando  
f.*

*ALBERTVS Nordan.*

**V**ita quid est hominis? Rosa pulchra pulchra Roseti,  
Surgentis surgens, sole cadente cadens.

*Latione*

Latiōr antē rosas nostro tulit aura ROSETO,

Nunc tollit nobis oeyor aura Rosas.

AFFELMANNVS erat rosa nostri pulchra Roseti

Nunc jacet in tumulo, flos, odor omnis abest.

Quin COTHMANNVS erat ROSA FRAGRANTISSIMA, nostrum  
Implebat suavi floris odore solum.

Nunc perit, ac iusplet maren, dolore Rosetum,

Arestunt, languent, mortua membra jacent.

O suaves flores, quales nego candidiores

Terra tulit, quales nec cibi terra feret!

O Morelegens malè tutum, triste, caducum,

Gaudia, nunc votum, nunc dolor, ira, metus!

Plangite, Varniades Musa lugete, calentes

Vestrī hos cineres spargite lacrymula.

Fundite fontigena carmen funebre Camana;

Lugubres cantus præcipe Melpomene.

Ecce soluta rosas alijs fert terra rosetis

Sed nostrum privat terra soluta ROSIS.

Heu fortuna! fuit quāte crudelior in nos?

Semper ut humanis ludere rebus aves.

Heu mortem indoritam! numquid mors esse nequibas,

Hec quoq; savitia nō documenta dares?

Vivere dignauerat COTHMANNVS flore senili

Doctrina nostrum flore & odore sua.

Interruptra fides, in vero simplice candor,

Quem pietas queret, repperiet vē parem?

Flebilis heu nostro subito cadit ille ROSETO

Flebilior domui flos cadit ille sua

Attamen esto modus: VICTRIX PATIENTIA durum,

Quod mutare nefas, laxe levare solet.

Quam nostro insevit, quam fovit JOVA ROSETO,

Hanc tollit, repetit, carpit JOVA Rosam.

Haut domat indomitam mortem flos corporis ubio,  
Haut vigor, haut virtus, haut pietatis bonos.  
Quos florere vides flores in solis aprico,  
Improvisa rapit, mors sicilice metit.  
Missa senum ac juvenum densantur funera, tellus  
Doctis, indoctis aqua reclasa patet.  
Nam telluris herum statuit natura nec illum  
Nec me : cedere cras jussis : ito. Quid hoc?  
Ire tibi restat, quo devenere parentes;  
Hic non hospitium, mansio nulla datur.  
Calum anima patria est: Huc, huc pro peremus ad alios  
Elysij campos: Hic paradisus erit.  
Hic ver perpetuum, quia lauri more Beati  
Perpetuō florent flore, vigore vigent.  
Lumine vivifico Titan purissimus ille  
Hic justos recreat vivificatq; suos.  
Ergo felicem, te nos, COTHMANNE, beatum  
Dicimus, optatae sede potiris eā.  
Ex valle hac miserā latius translatus in hortum  
Ceu laurus flores, nunc rosa pulchra viges.  
Gratulor hinc anima, fortunataq; faville  
Has spargam violas, lacrymulasq; dabo.

debitæ condolentiae Ergo  
fundeb.

TOBIAS CONTZIUS  
Alcanius.

Quò quò turba ruit? quisnam ferit aëra clangor  
Quis novus hac nostra surgit in turbe trietus?  
Plangentum turba est, hem, heu! Flet suhera magni  
COTHMANNI ERNESTI, proh dolor, atq; dolor!  
COTH-

COTHMANNI illius, celebrat quem fama per orbem,  
Cujus doctrinā Teutonis ora tument!  
Justitiæ istius venerandi præsidis, almis  
Consilijs vocitant quem sacra jura suum :  
Is nunc occubuit ! Mors ô Mors invida nostris  
Dira malis ! tanti non miserere viri ?  
Deplora sortem, plora ô Germana Juventus  
Qui tuus in vivis funere Doctor abest :  
Plangito Rostochium , surreptum plange Coronam,  
Qui dabat Athenas Varniades cecidit.  
Plange vices, nuper deperdita gloria prima est  
Theologi, en sequitur Juridiciq; chorii.  
Tuq; Megapoleos Idomus inclita fundito questus,  
Consilijs periit fida columna tuis.  
Westphala terra tuum sobolem lugeto, perennis  
Gloria erat tales progenerare Viros.  
Sed sibi quid planctus ? nihil, heu nihil : ille receptus  
Cælestem in patriam perfruiturq; polo..  
Corpus init cineres, at fama & scripta manebunt  
Extremis nunquam sub moritura rogis.

*Condolentia ergo apponebat gemebundus*

*HENRICVS Deppen*  
*Sommersf. Westph.*

**H**AUD frustrè Veteres oculis ac auribus orbam  
Mortem pictores effigiare solent,  
Nimirum cunctis aquo minitatur biatu,  
Cunctos parcendi nescia falce metit.  
Cum docto indoctum tollit, cum paupere Regem,  
Cum senibus pueros, cum puerisq; senes,

*In te-*

*Interea nullas hominum lachrymasq; precesq;  
Respsit, aut quo quis polluat imbre genas.  
Usq; adeò surdas infelix obserat aures.  
Usq; adeò pingi lumine cassa potest.  
Quid te igitur tanto conjunx mæsißima luctu  
Angis & immodico flumine labrarigas?  
Ehen grande quidem scelus est & flebile, tantum  
Quod tib., quod mundo mors rapitatra virum.  
Ehen dira dies nigroq; notanda lapillo, est  
Qua cecidit studijstanta columna meis.  
Ast age si monitis opus est, & parce dolori,  
Et cœca & surda consule jura necis.  
Si memore esse diem, quo vos qui cuncta gubernas  
Jungerit, interea molliter ossa cubent.*

Inter lachrymas & suspitia  
Parvum suo desideratissimo  
ponebat

S. RHODIUS Gustrov. SS. Th. Stud.

\* \* \* \* \*

*Q*uos oculos, & COTHMANNI quem frontis honorem  
Vidimus eximij vividaquè ora Viri:  
Non oculos, frontemq; hominis, non vidimus ora...  
Ora, oculos, frontem vidimus, apta Deo.  
Non se mortali facie prodebat, at omnis  
Quaneus erat, rari numinis instar erat.  
Scilicet, hi fuerunt oculi, quibus omnia vidit  
Justinianis prodata jura libris.

Hæc

Hæc frons illa fuit, qua mentem gessit, & immi  
Pectoris occulto sensa reposta sinu.  
Hoc fuit os, in quo sibi fixerat aurea sedem  
EVNOMIE, & cælos nunc lacrumans subiit.  
Hoc os, frons illa, isti oculi, COTHMANNE, fuerunt,  
Quid loquar, aut sperem? devoveam, aut voveam?

### DE EODEM.

Consilijs animare potens, PRUDENTIA LEGUM,  
Dia humana suis, publica priva suis.  
Sistere si posset properantia fata Dearum,  
Annosumq; senem fingere sesquisenem:  
Tardior ille dies nobisq; incognitus esset,  
Qui TE de mundo vidit ad astra rapi.  
Nec TE fieremus bibuli hæc ad littora Baltæ,  
Neve uho tecum clausa foret tumulo  
Consilijs animare potens, PRUDENTIA LEGUM,  
Dia humana suis, publica priva suis.

JOHANNES WOLPHIUS Lubecensis  
faciebat Rostochi XVII April.  
anno Christiano 16 CXXIII.



A FFELMANNUM dederas unum Deus optime nobis,  
Insignem doctâ religione virum,  
Mystica salvifici qui aperiret dogmata Verbi  
Instrueretq; animos vi feriente rudes;  
Illum seu ratio, seu vis illum entheo doctos  
Fundere vocali iussicerat ore sonos,

B

Nullus

Nullus erat melior : promptus vietribus armis,  
De grege Christicolum disjiceret usq; lupos.  
Onimium felix, hoc preceptore fuisse!  
Dys operata cohors ; si foret usa diu !  
Sed tibi vix actis avi melioribus annis,  
Precipitant miseram fatas severa necem.  
Florentemq; ipsa messem populantur in herba  
Sic brevis heu quantum ! subruit hora decus ;  
Nec modus ; haut sotius erat de hoc vulnere luctus ;  
Ecce revocatas mors vibrat atra faces ;  
Ergo etiam COTHMAN nobis te suscili illa  
Jungere mors gaudens funera funeribus ?  
Heu fama infelix, Varna qua tristia narras ?  
Teutonia lumen ubi COTHMANNE jaces ?  
Illi hominumq; Deum vari COTHMANNUS amore  
Ab fusi immerite succubuerit neci.  
Plangite Varniades Muse, lugubria moebris  
Dicite verba modis ; Plangite Varniades  
Juris Atlas cecidit, recti tutamen & aqua  
Concidit, infandum ! Plangite Varniades,  
Maximus ingenio nostris succumbit in arvo,  
Occidit heu nostra laus columenq; Schola !  
Esse quid hoc dicam : sic nos fatalia stipant  
Funera, nec flagris est medicina Deus !  
Scilicet iratus nostro meditare Lyceo  
Plagas q; eximios eximis inde viros ?  
Fallor ego ; an gravior pena est metuenda furoris ?  
Fallor ; an in portu naufragia turba sumus ?  
Est pietatis opus tanta indoluisse ruina,  
Credite, que seipsa tempore major erit.  
Non Aganippeam qui funderet Hippocrenem  
Sat lacrimis dignas ille litabit aquas.  
Sed quia nec lacrimis tres exorare sorores,  
Nec datur Elysium flectere, voce Deum ;  
Membra COTHMANNI merito condamus honore,  
Lege sed & nosfer non sine luctus eat ;

Quin

*Quin potius debit's decoreremus laudibus urnam*

*Carminaq; hec referat, qui tegit ossa lapis.*

**COTHMANNI** hâcce jacet funus lacrymabile tumbâ,

Mens fruitur cœlo; fama sed orbe viget.

**JOHAN: WOLLINIUS**

*Welson:*

**ERNESTUS COTHMAN JURIS**

Utriusq; Doctor, Cancellarius,

Professor,

*Per anagrammatismum inclusum hexametro*

*& hemistichio.*

*Nec nunc est cura sors, sic mors horrida tollit.*

*Quare? tu vis, Fert pius.*

**H**eu! non vanus eras, cum singula vana vocabas,  
Quæ patér Heliadum flammeus igne sovet.

Proh dolor! en illud perdocti sorte fatemur

Nostrâ, spem nostram volvere mente piger.

Quem, rogo, mundus habet, qui non speraverit annos  
Nestoreos, istum vivere posse virum?

Spes ea vana fuit: Quid abest quin hæreat ore  
Vox mea? sic doleo, spe cecidisse meâ.

Quas Deus hoc déderat miras sub corpore dotes,

Ah, vanâ quoties volvere mente juvat!

Seu videoas animum, seu lumine dona peragres

Corporis, excellens undiq; splendor erit.

Quâm Themis ornârat mentem! quoq; dotibus almis  
Imbuerat! quis erat cultior ullus homo?

Illius usa viri lingua responsa Themista

Litibus in dubijs reddere visa fuit.

Hunc basin aula suam dixit, cathedræq; Roseti

Non dubitaverunt hunc decus esse suum.

*Quâm*

Quām trux es! quām luce cares, mors! caca nequissi  
Divinæ tantas cernere men is opes.  
**Sed** tibi nec cura sors est, trux omnia tollis,  
Cum laceris angis Regia tecta casis.  
**Quare** sic s̄avit lethum? cur spicula mittie  
Diva furens! tu vis, qui regis astra, pater!  
**Tu** properare jubes mortem, post funera lauta  
Præmia fert populus te tribuente pius  
**Nec** nunc est curæ sors, sic mors horrida tollo  
Te mandante ( nimis tristia verba! ) fremit.  
**Quare** ( forsan' ais? ) patitur succumbere tanto  
Mœrori turbam, quæ sacra iussa colit?  
**Tu** vis, nostra salus, fas est obsistere nunquam,  
Prodita sunt nulli, quæ meditare, Deus.  
**Tu** vis sic hominem deponere tædia vita,  
Fert tamen in cælis pulchra brabia pius.  
**Quare?** tu vis. Fert pius ampla brabia triumphans,  
Affligit quem mors, hæc duo s̄æpe nota.  
Mors tua, vir memorande, facit miserabile vulnus,  
Rex voluit rutili nos ita flere poli.  
**Fers** pius, ô Themidos decor, unice splendor avorum!  
Præmia, quæ nullo sunt peritura die,

XeovostXov.

**T**Resq; decemq; dies aberant crudelis Aprilis,  
Cum sub corde meo vulnera cruda fero.  
**HeV!** LVX CLara DiCes, artis DeCor ILLe reCessit  
Hoc spoliata viro, tu Themis alma dole.

Luctus summi, ex obitu sui Cognati observandis.  
Mecenatis incomparabilis nati contestandi  
ergo bos gemitus apposuit

DAVID PESTEL,

Minda Weßph.

RS 20



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn746959559/phys\\_0017](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746959559/phys_0017)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn746959559/phys\\_0018](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746959559/phys_0018)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn746959559/phys\\_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746959559/phys_0019)


DFG



temporis D E O mirabiliter dirige-  
ctam, Patriam suam Helvetiam, Pra-  
linquens in Romanum imperium  
sincerum verbum DEI pro germina-  
vir juvenis, Linguarum, Historiarum  
os, (cujus amore cum primis flagraba-  
incubuit, ita ut Imperator Caiolu-  
Poetica, in quibus inter alia egreg-  
niæ descriptis, non sine singulari an-  
stante Cæsaris documento legit, ac  
reâ, quæ tum magna erat dignitas, e  
occasione stemma Nobile Fidlerianum  
Album Nobilium Romani Imperi  
& ultra, pro placito Cæsareo coopta-  
tem utriusq; sexus derivandum, p  
renovavit. Huncq; meum præno-  
licem Fidlerum ob singularem erudi-  
ingenij & animi Heroici dotes, pro-  
buit. Hac Nobilitate quamvis ne-  
gratiâ Domini mei Jesu Christi, in  
menter mihi immerito concessâ: T  
pudet, sed magis me nobilitare ci-  
S. S. Ministerium, ad quod Domi-  
ministrum suum destinavit. Hæc  
summa dignitas, omnes humanas di-  
titulos superans.

Natus autem sum Ego CONS  
LERUS , Dantisci Anno 1579. 6. I  
tina Patre VALERIO FIDLERO  
re , quondam Ducis Prussiae Archi  
Alberti Friderici Consiliario , M  
gard præclaræ Familiax , & insignium

A 2



mē dete-  
tos dere-  
am, ubi  
enit, ceu  
& Poëse-  
ligenter  
opera  
Germa-  
tate (te-  
ltrò lau-  
rit, & hac  
cum, ad  
centum  
osterita-  
Cæsareo  
vum Fe-  
æclaros  
ario ha-  
sed solà  
erio cle-  
tus non  
ogiam &  
avit, &  
as: hæc  
onorum

IS FID-  
tâ matu-  
e Docto-  
ij Ducis,  
d Herm-  
Matronâ,  
qua